S. B. inas tuas lrãs (certis enim nunciis commiseras)
eo animo quo te diligo amo coloq; semper, accepi.
Prioribus primũ increpas, in calce, tũ in proximis
quoq; ad te ut veniã invitas et sic obsecras ut mea ab-
sentia angi et diutius Conrado carere posse nõ videaris.
Quod si sit (sic enim esse haud dubie credo) veniam
q; potero citissime. Velle tñ magnopere Astomios et
aliud quiddam quod nolle a pariete videri domi à Basi-
lea huc ad nos deferatur expectare ut comite mea Iliade
et tuo munere Rediano ad te venire. Nam
miror aut q mi sic duplicẽ hominem ubiq; effingas, in una
nempe causa mea iudicẽ et actorẽ. Et q statim sub hac
cũ ~~tantum~~ non Iovem fulminatorẽ fecisses ex Elephanto
Muscam reddens Iovi tuo Grebelio σκιομαχίαν tribuis
sq; Humilis nimis hic fuisset Homerico Tonanti
maiestas cũ umbris pugnare qui deos simul oẽs pro
arbitrio suo tractare minimo provocare et cathena e coelo
pertrahere se posse, si vellet illic asserebat. Malle ergo
dixisses potius αἰγειομαχίαν ut ita fingere sed tecũ
liceat. Quae eniq; vel inde Iovi nõ adeo pudenda erat quia
Homerus eũ nõ semel αἰγίοχον tanq; magnifico
epitheto Ioviali titulo nimirum ut à capra nutritũ appellare
gaudeat. Vel quod nõ incelebris Paroemiã sit et illa
~~de Paroemia~~ De lana caprina certare. Quid quod
tua tot beneficia me nõ agnoscere ais, vide ne et ipse
simul accuses damnesq; hominem, in quo nullũ vi-
tiũ tam exiguũ locũ aut si maius adeo nullũ ha-
beat q; pestilens, communis tñ ea ingratitudo.
Agnosco quicquid fecisti, Grãsq; hco q; possũ maxi-
mas tibiq; istum nõ alii viro me debere profiteor.
Sed q̃m sic audacter scripsimus lrãx tuarx veritate
mali putasti protinus nihil prorsus tuorx meritorx
à nobis agnosci. Qua quidem an ego nõ expectarim

semper, an non deberi ijs me sentiam nec ne, Quo animo
cuncta effutiuerim qui tu forsitan non aequo animo legisti
an perduellis futurus fuerim Vadiano tum de scriptione
mea spata, immemorque alijs ubi in aedes tuas venero
hospes, plenique, tutique, confidentius (quasi nimis confi-
denter proxime in mensa tua doctrina tum aetati non obser-
vata locutus sim) garriam. Garriam autem quum tu totos
dies comitando te meum consumpturum pollicearis, Quum
sit invites expectesque ut non posses nec velles vel exu-
lem fratrem magis. Exoptant et vocant eundem paren-
tes tui, tua Grebelia tuum ut inquis corculum, sacrifi-
culi denique. Ad tales igitur iam vocabo sed quando diem
nondum constitui. Venturusque eram libentius si vestra
pompa si nimiam vram humanitatem nos moderaturos
scirem. Atque utinam promissam ~~ex~~ et non sic purgan-
dam tuis literis apud nos frugalitatem veniens in-
venirem potius quam honorifica illa convivia pro quibus
quasi in concione meditatae orationes ut gratum te esse on-
das habendae sint. Licet ea non timere iubeas et ne par-
simoniam reijceri velim rogites nec ego vel propensa
nimis humanitate vel non futura frugalitate terri-
tus vos ~~ne~~ visurus eram. Sorori quod me desy-
deret ac nostris gratias non meo donec ipse possim pro
non gravatim referes. Cur autem soror nihil literarum
a me vicissim accipiat id illi me excusans impedimen-
to fuisse dicito. Scribendae erant chartae ad Basi-
liensem mercatorem ut probus persuasus sim mora
suppellectili mea sicut diem sequi faceret. Salutan-
dus quoque Lucianus ille qui Gallicum ensem tibi mune-
ri dedit. Tota ~~de~~ postremo dies perquirendis nuncijs

zu 202

alijsque negotijs conterenda erat, quo minus ex officio fratri illi respondere possem. Ignoscet credo cum narrabis causam, Veniam mi minus tu quoque dabis quod libere quod licenter quod tam impudenter te compellaverim, Convertibile et revocabile est boni hominis pectus ut illi preceptor Achillis ait. Nec ego sic commotus in Gallia fui ut nullae si futurum fuisset bellum à bello nostro induciae sperandae fuissent quemadmodum tu sperabas nolim dicere timebas. Nam nihil multis addam. Tuis immo meis omnibus bene precor precanturque ijsdem mei hic omnes optime. Vale tu tuis dum ego venire propero auspicatissime. Ex Tiguro XVI Calen. Aug. Anno Virgi. partus M D XX

Conradus tuissimus

Res mira est forem tibi cum Κρόνῳ ἀξεροποίητῳ
É Gallo rediens non mea tela polo,
Decidi σκιομαχίαν quod des irate Tonanti,
Sed nati ex Barro crescere musca potest.

D\[n\]o Doctori Ioachi
mo Vadiano Poetæ et
Oratori facundissimo
affi\[n\]iu\[m\] omniu\[m\] cultissi
mo.

Gen.

S. Gallen